



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vita Ioannis Berchmanni Flandro-Belgæ Religiosi Societatis Iesv

Cepari, Virgilio

Antverpiæ, 1630

Prædicit loquentem se esse moriturum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46083](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46083)

nes, *Sic eueniet*, inquit, *etenim spero*, cum al- ^{Pradicat}
 terutrum à Deo poposcerim, *ut aut in castris* ^{loquentem}
moriar inter iuuandum milites qui in Belgio ^{se esse mori-}
aduersus hereticos præliantur; aut sensibus in-
tegris, ac loquens; hoc altero duorum à Deo me
cumulatum iri: prorsus non dubito. Digressis
 omnibus, Valetudinarius pauxillum illi car-
 nis in liquorem decoctæ præbuit. quod cum
 exforbisset, Abundè, inquit, mi frater, oro
 te, sobilium est, iam orandi, non edendi
 tempus est. Remanserant eâ nocte ad perui- ^{P. Marcus}
 gilandum tres Patres Belgæ. ac secundâ ferè ^{van Door-}
 noctis horâ Ioannes vni eorum sponte suâ, ^{ne.}
Bonum factum, ait, *si preces recitentur, quibus* ^{P. Ioannes}
migrantium animi subleuantur, ne fortè com- ^{Gouda.}
modius deinde tempus deficiat; & mos illi ge- ^{P. Philippus}
stus est. In Litaniâ decurrendâ, cum ad Con- ^{Alegambe.}
 fessorum ordinem ventum, voluit addi no-
 mina Indigetum nostrorum S. Ignatij &
 Xauerij, beatorum Aloysij & Stanislai, beati
 Francisci Borgiæ, Patris Iosephi Anchiætæ,
 & Alfonsi nostri Rodriguez. Finitis preci-
 bus, experiebatur an somnus se vllus com-
 plecteretur: at vbi nihil esse somni sensit, in
 aliam partem versus, contentâ alacrique vo-
 ce cantare cœpit Hymnum, *Aue maris stella*, ^{Cantat an-}
 concinnâ iucundaque sonorum varietate. ^{te moyses.}
 Ad illa autem verba, *Monstra te esse Matrem*,
 subito se erexit. Monenti Valetudinario ne

